

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Primae Lineae Doctrinae De Protestatione Cambiali

Hufeland, Gottlieb

Jenae, 1799

VD18 12256064

§. 28. δ) Si solutio partieularis facta sit.

urn:nbn:de:gbv:45:1-8845

duplicem fieri interdum leges particulares *) et recte quidem, quantum ego video. Nam acceptationem in cambii honorem consensu possessoris cambii factam solutio acceptantis sequatur necesse est; et quamdiu illam futuram esse expectes, nulla tibi actio contra trassantem nata erit. Hanc ergo si instituere velis, necessario probandum tibi erit, solutionem non esse praestitam; quam quidem probationem, factum tertii scilicet concernentem, alio modo quam per protestationem cambialem efficere non poteris.

§. 28.

§) Si solutio particularis facta sit.

Particularem solutionem cum acceptans obtulit, cambii proprietario eandem acceptare licet, sive regressum facta protestatione tueri sive eodem neglecto de residuo periclitari velit. Qui vero non nisi ex mandato alterius solutionis sibi faciendae curam habet, utrum particularem solutionem acceptare an denegare debeat, ambigitur **), sed hoc non nostrae disquisitionis est; minime vero dubitatur nec dubitandum est, huncce mandatarium in casu particularis solutionis de residuo protestari debere. ***)

§. 29.

*) Idem statutum esse videtur in *Sy. Kurf. Durchl. zu Pfalzbaieru Wechselfatent* (München 1786.); *Wechselordnung* §. 12.

***) Diverfas sententias circa hanc quaestionem habes in *Allg. pr. LR. P. II. §. 1117.* et (SIEVEKING'S) *Materialien* §. 273 lqq.

****) *Allg. pr. LR. P. II. §. 1117.*



§. 29.

e) *An protestatio de non facta acceptatione interdum die solutionis sit iteranda?*

Restat adhuc quaestio pluries agitata: an protestatio de non facta acceptatione cambii ob absentiam debitoris interposita deinde die solutionis sit iteranda? Generaliter enim hanc quaestionem conceptam apud LEYSERUM *) habes; non uti PÜRTMANNUS **) perhibet, ad cambiana nundinarum solummodo restrictam. Ex his enim plurima quidem exempla ad istam quaestionem pertinentia occurrunt, non vero de iisdem singulariter disquiritur. Affirmat quaestionem supra propositam dictus LEYSERUS et doctores a suis partibus stantes allegat ***); sed si ipsa horum verba consideres, parum feliciter. Vel enim consilii, non praecepti, instar concepta, ****) vel quodammodo limitata, vel etiam legibus ipsis citatis non optime suffulta sunt. †) Fatetur ipse LEYSERUS, obstare sibi laudum negotiatorum Lipsiensium 1697 datum, a KÖNIGXIO (in notis ad ordinationem cambialem Lipsiensem) memoratum. Habes nunc idem in corpore Siegeliano ††) late

D 2

ex-

*) *Meditationes ad pandectas Vol. XII. P. I. — in app. de jure cambiali qu. 7. pag. 8. — Suffragatur simpliciter, sed nullas adducens rationes RICCIVS in Ex. X. Sect. 5. §. 8.*

**) *Grundsätze des W.R. §. 113. not. 6.*

***) *FRANKIUM in institut. jur. camb. L. I. Sect. 4. tit. 8. §. 3. PHOONSEN, in Amsterdamer Wechselstyl c. 17. §. 9. etc.*

****) *vid. e. g. PHOONSEN Amst. Wechselgebrauch loc. cit. in SIEGEL corp. jur. camb. P. II, p. 279.*

†) *e. g. in FRANKII loc. cit.*

††) *P. II. parere 26. pag. 31.*

